

Eodem Anno. Prædictus Christianus (8) Archiepiscopus venit Pisas ipso die Calendarum Julii, & in magno Pisanorum Parlamento cum Consulibus Lucanorum & Januensium interfuit, & eorum Sapientibus, & similiter Pisanis, & Florentinis, qui ibi similiter magnifice aderant, præcepit, ut inter se, & suos Coadjutores firmam pacem tenerent; & si qua tunc offensa hinc inde fieret, eam in XL. dies emendari præcepit: quod similiter inter se Consules ipsorum Communium juraverunt; & duos homines de qualibet civitate elegerunt, qui omnes discordias terminarent. Et ut pax illa melius compleretur & teneretur, de mandato ipsius Archiepiscopi factum est, quod Pisani miserunt Florentiam milites captivos C. de carceratis Lucanensibus, qui Pisis erant, & Lucenses miserunt Pistorium milites XV., & Pedites XL. Pisanos, qui erant carcerati in civitate Lucana. Quo facto prædictus Archiepiscopus præcepit Consulibus dictorum Communium, ut eum sequerentur ad Burgum Sancti Ginesii. Quibus ibi coadunatis, & de pace tractantibus, Archiepiscopus ipse fraudulenter & cum scelere, secundum quod cum Lucensibus excogitaverat de pace facienda, & de captivis reddendis; & quia castrum Sancti Miniati, cui multam pecuniam ad eorum voluntatem dare promiserat, Pisanos Consules, & Ambasiatores Florentinos similiter pridie Nonas Augusti cepit, & victos catenis ferreis in carcerem mancipavit, qui de mandato suo ad eum apud dictum Burgum iverant, quorum nomina sunt hæc:

Gualfredus quondam Ildebrandini Melæ Pisanorum Consul,
Sigerius Gualandi,
Petrus Albithi,
Steffa Vernacchi,
Guido Maffignani,
Filius Vernacchi,
Filius Burtari,
& Johannes Donati.

Florentinorum Consules cum quatuor Sapientibus. Quod audientes Pisani, dolore vehementi commoti exiverunt ultra pontem Heræ potenter ad campum, & Florentini ad Castellum Florentinum. Erat enim Christianus Archiepiscopus præfatus cum Lucensibus, Senensibus, Pistoriensibus, & Comite Guidone pro destruendo Districtu Pisano; & quia timebat, ne Pisani subito in eum irruerent pro suis captis civibus rehabendis, iverat dictus Christianus ad castrum dictum Ventrignanum,

In editione Ugbelliana hæc ita se habent.

(8) Anno Domini MCLXXIII. Christianus Archiepiscopus pacem fecit inter Lucanos, & Pisanos. Qui postea ad suggestionem Lucanorum cepit Gualfredum quondam Ildini Mele Pisis Consulem, & Joannem Donati Consulem Florentinum, cum Sapientibus, qui cum eis erant. Ex quo Pisani fecerunt magnum exercitum, & ultra pontem Heræ papiliones, & tentoria posuerunt, & auxilium Florentinorum miserunt cum duobus Consulibus Sancto Benedicto, & Albitello. Revertentibus itaque Pisanis cum exercitu, Lucanorum terras 15. Kalend. Septemb. intraverunt, & ex utraque parte fluminis Sercli totam terram Lucanam ab Aglata usque ad pontem Sancti Petri devastaverunt. Postea Pisani audientes Lucanos redire, se ad bellum præparaverunt, & in duas acies exercitum dividerunt. In prima acie Marzuchus Gaitani vexillifer fuit, & Bernardus filius Bonacursii de Buriana; in secunda Albertus Bulsi; & sic usque ad pon-

quod erat Comitis Gerardi, & ipsum XVII. Cal. Septembris fortiter pugnando cepit, & ipsam combussit, illico contra Florentinos equitavit, & cum eis præliari minatus est. Quod audientes Pisani ad Florentinos CCXXV. milites miserunt cum duobus Consulibus, scilicet Boneto, & Albitello, unde valde confortati & gaudentes facti sunt Florentini; auxilia enim, quæ expectabant, eis aliunde promissa, habere non poterant. Cumque Christianus & sui cum Florentinis postea dubitassent bellum facere, de Florentinorum consilio factum est, ut Pisani ad terras Lucanorum devastandas irent. Et sic Pisanis revertentibus, & Lucanorum terras undique usque ad pontem Sancti Petri devastantibus, & usque Lunatam omnia spolia & bestias prædantibus, Lucenses de sua civitate timentes, dimiserunt Christianum prædictum, & Lucani reversi sunt; Unde valde doluit Christianus prædictus. Audientes verò Pisani, quod Lucani reversi essent, in duas se acies dividerunt, & ad pontem de Sello insulturn potenter fecerunt XIV. Calend. Septembris, ubi vicerunt Lucenses pugnando, & viriliter fugaverunt, eosque aliquos capiendo, & occidendo, atque in Sercli fluvio submergendo, unde Pisas cum victoria redierunt, propter quod Lucenses, & prædictus Christianus irati miserunt CC. milites cum Comite Guidone ad pontem Heræ ad rapiendum, & devastandum: quibus se viriliter opposuerunt Operlingii Nobiles, & Vicanenses, & Calcinanenses. Et cum eis præliantes viriliter ipsos demum vicerunt V. Calend. Septembris, & eos usque ad castrum de Monte Calvuli fugaverunt, quamvis utrinque plures perierunt, antequam Lucani converterentur in fugam.

Eodem Anno Capitanei de Carfagnana Coadjutores Pisanorum cogitaverunt cum filiis Ubaldi de Montravante de dando Pisanis castra montis Granati, & Bozani, & turrim ligneam, quam Lucani ædificaverant ad viam Regiam, promissâ multâ pecuniâ ipsis Ubaldi filiis. Qui cum in dicta castra ex voluntate prædictorum filiorum Ubaldi intrassent, pro Pisanis miserunt, ut ea castra accepturi, & prius turrim ligneam præliaturi subito venirent. Cumque Pisani illuc citò current, ac turrim habere non possent, quia Lucenses ad dictam turrim defendendam venerant: per totam diem Pisani & Lucani sunt invicem præliati, & utrique certantes viriliter campum tenuerunt egregie, & neutra pars succubuit, quamvis plures hinc inde occisi fuissent. Cujus Nobiles belli Vexilliferi

tem Fressi insulturn fecerunt, & super ipsum pontem bellum cum Lucanis 14. Kal. Septemb. fecerunt, & illos pugnando vicerunt. Illustres & nobiles milites Operlingi cum Vicanensibus, & illis de Calcinaria 5. Kalend. Septemb. usque ad castrum Montis Calvuli in sconfiam miserunt Comitem Guidonem, & Lucanos, qui venerunt ad devastandum Rapidam, & pontem Heræ. Eodem anno Januenses occulte cum octo galéis, & manganis iverunt Planuxiam, & obsederunt, ita quod se eis reddidit 16. Kalend. Octobr., & castrum usque ad fundamenta destruxerunt. Eodem anno Pisani citissime in auxilium Comitis Ildini miserunt contra Christianum Cancellarium 150. milites cum sagittariis, unde Pisani magnam laudem habuerunt. Eodem anno Pisani cum una galéa, & bussis Roccam Corvariæ obsessam à Lucanis cum ædificationibus surrexerunt, & sic eam viriliter tenuerunt, unde Lucani magnum dolorem habuerunt.

Pisanorum festinantes

Miserand confortati

innatam

Sieno

deest. M. cl. d. 2.

ubi. l. l. c.

eadem

Augeris unde M. et alia d.

et rapidam devastandam

M

Ladidam

et r. c. l.